




43885



268





85.  
HONORES SUMMOS  
*V I R O*  
NOBILISSIMO ET CLARISSIMO  
CHRISTIANO HAKEN

Breinenfi

IN ALMA JULIA

à

*V I R O*  
NOBILISSIMO, CONSVLTISSIMO  
ET AMPLISSIMO

DN. GEORGIO WERNERO,

J. U. Doctore atque P. P. Dicasterii Guel-  
phici Assessore, Facultatisque suæ hodie  
DECANO Spectabili

*COLLATOS*

DEBITI HONORIS ET AMORIS ERGO  
GRATULANTUR AFFINES.



HELMESTADII,  
Typis HENNINGI MULLERI Acad. typ.  
ANNO MDCCCLX.





**D**iva cultorem jacuisse nunquam  
Sivit, exhaustos solido labores  
Præmio quondam cumulans, lucroque  
Divite, VIR T U S.

Ut solent Phœbum radii; togatum  
Umbra: nil verò fecius solennes  
Plurimo doctum comitantur ultrò  
Agmine honores.

**HAKIUS** clarum Themidos sacratæ  
Sidus, ac summum decus, improbo quis  
sit comes tandem studio ac labori,  
Comprobat unus.

Sedulo primis varias per artes  
Calluit mentem poliisse ab annis:  
Quicquid abstrusum Sophies recessu;  
Sedulitate

Hâc suâ Noster vigilique curâ  
Hausit, hâc omnis velut è profundo  
Copiæ cornu, sinuosa suxit  
Dogmata Juris.

Inde



Inde jam fructum merito refundit,  
Verticem mitrâ Themis alma cingens  
Atque Doctoris titulo, solenni  
More, salutat.

Profit, exopto, TIBI, Clare Doctor,  
Profit, Adfinis peramande: perge  
Porro virtutem egregiis probatam ex-  
tendere factis.

Sera venturi celebrabit ætas  
HAKIUM secli, memoresq; fasti:  
TE, TE aget pennâ metuente solvi  
Fama superstes.

*Gratulationis ergò deproperabam*

J. E. Bessel L.

---

**H**AKI, præclarum Themidos decus, atque paternæ  
Æmule virtutis, vinclo & generis mihi junctæ,  
Quæ tibi vota feram, quando mactaris honore,  
Qui manet eximios Iuris Legumque peritos?  
Scilicet hic stimulus generoso pectus honesto  
Imbutum tenuit, ne multis grata vacuna  
Verba daret, Venus aut vinum captaret inermem.  
Hinc tibi cura fuit sinuosa volumina Legum  
Nocturnâ versare manu, versare diurnâ.  
Hinc TIBI deliciæ penitus perdiscere, quondam

Quæ



Quæ scriptis liquit Graja aut Romana vetustas.  
Testis visurgis, quâ Bremæ mænia lambit:  
Testes Elmanæ Musæ, quæ pluribus annis  
Te dilexerunt, quarum urebaris amore.  
Cumque jubereris prædulcia linquere tecta  
Elmi, quod grassarentur contagia dira,  
Et peteres lenam, Musarum nobile semper  
Hospitium, ut porrò præclaris artibus auctus  
In patriam, haud secus ac victor strato hoste, redires:  
Non tamen è charo dilapsa est pectore clara  
IULIA. Nam te expectabant nomenque decusque.  
Ergò age grata dies, quo cingunt tempora Laurus,  
Et mitrà ornaris faturo splendore nubente!  
NOS TIBI gratamur verò, bona verba precantes,  
Omnipotens faxit nomen laudesque manere,  
Findit agros dum Bremenses visurgis amænos!

*Ita Ad fini suo honortissimo gratulabun-  
dus acclamat.*

HENRICUS Bessel.





Nr 332

ULB Halle

3

001 594 656



TA → OL



Retro: Stk. 39 - 42 unvollst.,  
nicht in PICA

V077









85.

SUMMOS  
CLARISSIMO  
HAKEN

ensi  
JULIA

R O  
NSULTISSIMO  
ISSIMO  
WERNERO,

. P. Dicasterii Guel-  
tatisque suæ hodie  
Spectabili  
TOS

T AMORIS ERGO  
R AFFINES.



TADII,  
VLLERI Acad. typ.  
Is c lx.